Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

regum sunt. Sed quid existis videre? Prophe
tam? Etiam. Dico vobis. et plus quam prophetam.
Hic est enim: de quo scriptum est. Ecce ego mit
to angelum meum: ante faciem tuam qui prepa
rabit viam tuam ante te. Fer. VIII. lectio ysaie prophe
In diebus illis. Dixit ysaias propha. Erit in novis
simis diebus paratus mons domus domini in vertice
montium. et eleuabitur super colles. et fluent ad
eum omnes gentes: et ibunt populi multi et dicent.
Venite ascendamus ad montem dni. et ad domum
dei iacob: et docebit nos vias suas. et ambulabimus
in semitis eius. quia de syon exibit lex. et verbum do
mini de ierlm. Et iudicabit gentes: et arguet po
pulos multos. Et conflabunt gladios suos in vo
meres: et lanceas suas in falces. Non leuabit gens
contra gentem gladium: nec exercebunt vltra
ad prelium. Domus iacob: venite ambulemus
in lumine domini dei nri. lectio ysaie prophete.
In diebus illis. Locutus est dns ad achas dicens.
Pete tibi signum a domino deo tuo in profundum
inferni: siue in excelsum supra. Et dixit achas.
Non petam: et non temptabo dominum. Et dixit
Audite ergo domus dauid. Numquid parum
vobis est molestos esse hominibus: quia molesti estis
et deo meo? Propter hoc dabit dns ipse vobis signum.
Ecce virgo concipiet in vtero et pariet filium. et